

penſio, quæ dabatur Ordinanti Epifcopo, quam ſupra
 συνθεαν, *Conſuetudinem*, & ἑθρονίſιον, *Enthroniſi-*
 cum, ex Imperatoriis Novellis, & Patriarcharum ſan-
 ctionibus, vocatam fuiſſe diximus. Hanc eandem pecu-
 niæ ſummam ab Ordinate accipi, non tamen exigi,
 permittunt in hac Synodo anni 1564. Epifcopi Græci.
 Contra illam tamen declamat idem Malaxus ibidem, his
 verbis. *O indulgentiam (1) panis dignam!* Malæ arbo-
 „ ris decuſſere folia, & ramos exciderunt, atque ipſam
 „ adeo arborem: ſed radicem reliquerunt. Quod dico,
 „ hoc eſt; nundinationem quidem ſimoniacam ordina-
 „ tionum amputarunt: τὴν δὲ ρίζαν, τὴν ἐν τῷ ἐμβατί-
 „ κιον, ἀφῆκον, ſed radicem, nempe (2) Embaticium,
 „ reliquerunt: ſcilicet, ne deſſet cauſa ruruſus germi-
 „ nandi & creſcendi, τῆς κολάσεως (3), τὸ δὲ δρον, di-
 „ gnæ poenis arbori. Audite quid in libro Apottolorum
 „ dicatur. *Quum vidiffet autem Simon, per impoſitio-*
 „ *nem manuum Apoſtolorum dari Spiritum Sanctum, ob-*
 „ *tulit eis pecunias ac dixit: Date & mihi poteſtatem,*
 „ *ut ad illum, cuiuſcumque manus meas impoſuero, ve-*
 „ *niat Sanctus Spiritus: Petrus vero dixit ei: Pecunia-*
 „ *tua, & tu, ſitis, ἀφωριſμένοι καὶ ἀναθεματιſμένοι εἰς*
 „ *τὴν ἀπώλειαν τῆς αἰωνίης πυρός: ſegregari, & anathemati-*
 „ *zati in perditionem ignis ſempiterni: quod gratiam,*
 „ *Dei putaffis dari pecuniis.* Væ, væ iſtis Pontificibus,
 „ qui gratiam Spiritus Sancti vendunt, & accipiunt flo-
 „ renos, ὅπερ παλῶν τὴν χάριν τῆς ἀγίας πνεύματι, καὶ
 „ λαμβάνειν φάρμακα. Pergit Malaxus loquens de Patriar-
 cha *Metrophane*, qui fuerat Caſareæ Metropolitæ, in
 dejecti Joſaphi locum ſubſtituto pag. 175. „ Exturba-
 „ to ad hunc, quem diximus modum, Patriarchica Se-
 „ de in Pontificum conſeſſu Joſapho, ſuffragiis eorum
 „ dem deſignatus eſt Caſarienſis Patriarcha, ſucceſſitque
 „ iſis, utrique ſignificatione accepta, in ſublimi throno.
 „ Cæterum ſub huius Patriarchatu, fuerunt quidam
 „ Pon-

[1] ἢ τῆς κολάσεως, id eſt, συγχωριſεως.

(2) Cruſius interpretatur: ſed radicem, nempe munus quod initio da-
 tur. Malim Græcam ipſam vocem retinere.

(3) Cæſius, punitionis apud inferos arbori.